

rum²²⁷⁾ — sit emissus; offerentes¹⁾ nos exnunc et semper quo supra nomine ad defensionem religionis, status, et ordinum nostrorum et ad defensionem mulierum nobis adherencium predictarum, et ad proponendum excusaciones nostras et earum et nostram et earum innocenciam ostendendum super et de narratis in processu antedicto in cassum^{m)} et in ventum, quo dicta paternitas vestra inquirendo vel per alium alterum de tribus modis predictis procedere dignabitur super eis.

Exⁿ⁾ hiis igitur, que sequuntur, narratis in dicto processu lesa sunt et leduntur cottidie religio status et ordines nostri, et status et devocio dictarum mulierum; et ex eo eciam contra nos et eas scandala sunt exorta et cottidie oriuntur. Videlicet^{o)} ex eo, quod in eodem processu narratur generaliter²²⁸⁾, quod sunt *nonnullae prophane multitudinis mulieres, que vulgariter Begine, quedam eciam ex eis sorores seu swestriones nuncupantur, per civitatem et dyocesim Argent(inenses) constitute, que sectantur statum Beginarum reprobatum* et alios excessus commiserint in ipso processu expressos, et ex eo sint^{p)} sententia canonis laqueate; nec exprimuntur in ipso processu specificie, que sint ille mulieres. Et occasione eiusdem processus et propter generalem narrationem eius et incertam, parrochiales sacerdotes omnes mulieres de tercio ordine beati Francisci, que sub constitutione Viennensis concilii non comprehenduntur²²⁹⁾, et eciam devotas mulieres alias nobis adherentes — que, licet secundum vulgarem elocucionem Begine nuncupentur, statum tamen et habitum non sectantur Beginarum per eandem constitutionem reprobatos, et non commiserunt nec committunt excessus vel errores in constitutione predicta et dicto processu expressos, sed in honestate continencia et puritate consciencie et humilitate virtutum domino famu-

Beginas W (= *Heinrich von Sachsen*)^{m)} casum W. Die Konstruktion ist an dieser Stelle schwer verständlich; zu erwägen wäre etwa auch eine Lesung incassum et inventum, doch scheint die tautologische Bedeutung (vergleichbar irritum et inane) näherzuliegenⁿ⁾ Glosse: Proponunt, quibus ledi videntur religiosi et Begine propter i(llu)m processum W (= *Heinrich von Sachsen*)^{o)} die folgenden Monita sind in W am Rande in neun Punkte (nicht sehr zutreffend) aufgegliedert worden^{p)} sicut W

²²⁷⁾ Dieser Grundsatz ist erstmals von Innocenz III. auf dem 4. Lateranum aufgestellt worden (c. 8, ed. Conc. Oecumen. Decreta, ³1973, S. 237—239, hier S. 238 Z. 36 ff.; = X 5. 1. 24; ed. Friedberg 2, 745—747). Zur Sache vgl. am besten immer noch Paul Hinschius, System des katholischen Kirchenrechts 5 (1895) § 284, bes. S. 350 ff.; wenig weiterführend Helene Tillmann, Papst Innocenz III. (Bonner historische Forschungen 3, 1954) S. 168 ff.

²²⁸⁾ Vgl. oben S. 173 Z. 7 ff.

²²⁹⁾ Vgl. oben S. 177 Anm. 225.